



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1650**

§. 1. Vnde ortum prouerbium, Consilium malum consultori peßimum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](#)

alio:  
onem,  
ichum  
Quan-  
nox re-  
iki edi-  
rmitit  
oriste-  
ciones  
, cum  
er con-  
m no-  
n ergo  
tores  
m no-  
s: Ba-  
race.  
nic;  
gatus,  
condi-  
re tibi  
ne est,  
nimi-  
vult,  
vult;  
d sibi  
is ser-  
r tuu,  
me

**Cap. VIII. Consiliorum malorum talio.** 117  
ne forte audias seruum tuum maledicentem  
tibi. Scitenim conscientia tua, quia & tu cre-  
bro maledixisti alijs.

## C A P V T VIII.

*Quām sint consilia mala consulenti  
ipſi pernicioſa?*

§. I.

*Vnde ortum prouerbium, Consilium malum  
consulteri pefſimum?*

**D**oris talionem etiam pertinet, quod plerumque in eorum caput recidat consilium malum, qui alijs perperam consuluerunt. Si enim *consilium* Cic. li. 28. est, examinandarum gubernandarumq[ue] caus Rhetor. sarum subtilis animi prospectus; utique neque cæcus dux, neque amens consultor adhibendus est; ne cæcus si caco ducatum praestet, ambo Matth. 15. in foueam cadant. Quia sine ratione *consilium* 14. Ari- bonum stare non potest, ut Philosophus docet. Ethic. c. 9. Vbi ergo ratio deest, mens cæca nihil prospicit, nec alium dumtaxat in foueam ducit, sed ipsa quoque eodem cadit. Quod si consilium non ignorantia, sed malitia & consulto sit malum, tunc utique sicut iram ita & poenam diuinam meretur. Vnde senarius prouerbialis extat:

H 3

Ma.

A. Gel.  
lios.lib.4.  
Noct. At-  
sic, c. 5.

*Malum consilium consulti pessimum.*  
*Cuius adagij originem ex Gellio accipe: Sta-*  
*tua Roma in comitio posita Horatij Coclitis, for-*  
*tissimi viri, de calo tacta est. ob id fulgur pi-*  
*culis luendum, haruspices ex Etruria acciti,*  
*inimico atq; hostili in populum Romanum animo,*  
*instituerant eam rem contrarijs religionib;*  
*procurare, atq; illam statuam suaserunt in in-*  
*feriorem locum perperam transponi, quem so-*  
*appositu circum undiq; aliarum adiun;*  
*num quam illustraret. quod cum ita fieri persuasi-*  
*sent, delati ad populum proditiq; sunt, & quum*  
*de perfidia confessi essent, necati sunt, constitui-*  
*sam statuam, proinde ut vera rationes, post com-*  
*perta, monebant, in locum editum subducendam,*  
*atque ita in area Volcani sublimiori loco statu-*  
*endam, eaque res bene & prosperè reipublica*  
*cessit. Tunc igitur quod in Etrascos haruspici*  
*male consulentes animaduersum vindicatumq;*  
*fuerat, versus hic scite factus cantatusq; esse a*  
*pueris urbe tota fertur, Malum consilium con-*  
*sulti pessimum est. Ea historia de haruspici-*  
*cibus, ac de versu isto senario, scripta est in Anni-*  
*libus Maximi libro undecimo, & in Verrij Flau-*  
*ei libro primo rerum memoria dignarum, vi-*  
*deatur autem hic versus de Graco illo Hesiodi*  
*versus expressus:*

H. 11